


*Povem vam: veselje je med božjimi angeli
nad enim grešnikom, ki se spokori.*
(Lk 15,10, obhajilni spev)

TRETJA NEDELJA PO BINKOŠTIH

DOMINICA TERTIA POST PENTECOSTEN



Sveta maša po Rimskem misalu sv. Janeza XXIII.

BAZILIKA ŽALOSTNE MATERE BOŽJE
CISTERCIJANSKA OPATIJA STIČNA



26. junij 2022

INTROITUS

Ps. 24, 16 et
18

Réspice in me, et miserére mei, Dómine:
quóniam únicus et pauper sum ego: vide
humilitátem meam et labórem meum: et
dimítte ómnia peccáta mea, Deus meus.

Ÿ. Ad te, Dómine, levávi ánimam
meam: Deus meus, in te confído, non
erubéscam.

Ÿ. Glória Patri.

Ps. ibid., 1-2

VSTOPNI SPEV

Ozri se name in usmili se me, Gospod,
kajti osamljen sem in ubog. Glej moje
ponižanje in moje trpljenje in odpusti
vse moje pregrehe, moj Bog.

Ÿ. K tebi, Gospod, povzdigujem svojo
dušo; moj Bog, v tebe upam, ne daj, da
bi moral zarzeti.

Ÿ. Slava Očetu.

Ps 24, 16, 18

Ps it. 1.2

KYRIE ELEISON

GOSPOD, USMILI SE

I *Missa XI. – In Dominicis infra annum (Orbis factor)*

K y-ri- e * e- lé- i-son. *ijj.* Chríste e- lé- i-son. *ijj.*

Ký-ri- e e- lé- i-son. *ij.* Ký- ri- e * e- lé- i-son.

GLORIA

SLAVA


II *Missa XI. – In Dominicis infra annum (Orbis factor)*

G ló-ri- a in excélsis De-o. Et in terra pax homí-ni-bus bonæ vo-


luntá-tis. Laudámus te. Bene-dí-cimus te. Ado-rámus te. Glo-ri-fi-cámus

te. Grá-ti-as á-gimus ti-bi propter magnam gló-ri- am tu-am. Dómi-ne

De-us, Rex cæ-léstis, De-us Pa-ter omní-pot-ens. Dómi-ne Fi-li uni-géni-te



Je-su Christe. Dómi-ne De-us, Agnus De-i, Fí-li-us Patris. Qui tollis pec-




cá-ta mundi, mi-se-ré-re nobis. Qui tollis peccá-ta mundi, súscipe depre-



ca-ti-ónem nostram. Qui se-des ad délix-te-ram Patris, mi-se-ré-re nobis.




Quó-ni-am tu so-lus sanctus. Tu so-lus Dóminus. Tu so-lus Altíssimus,



Je-su Christe. Cum Sancto Spí-ri-tu, in gló-ri-a De-i Pa-tris. A-men.

ORATIO

ZBIRNA MOLITEV



Dominus vobíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

Orémus.


Protéctor in te sperántium, Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum: multíplica super nos misericórdiam tuam; ut, te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna.

Per Dominum.

Molimo.

O Bog, varuh vseh, v tebe upajočih, brez katerega nič ni trdno, nič sveto, pomnoži nad nami svoje usmiljenje, da bomo pod tvojim vladanjem in tvojim vodstvom tako šli skozi časne dobrine, da ne bomo izgubili večnih.

Po Gospodu.



... per ómni-a sæcu-la sæcu-lórum. **R.** Amen.



LECTIO

Léctio Epístolæ beáti Petri Apóstoli.

Caríssimi: Humiliámini sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis: omnem sollicitúdinem vestram proiciéntes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis. Sóbrii estote et vigiláte: quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens circuit, quærens, quem dévoret: cui resístite fortes in fide: sciéntes eándem passiónem ei, quæ in mundo est, vestrae fraternitáti fieri. Deus autem omnis grátia, qui vocávit nos in ætélnam suam glóriam in Christo Iesu, módicum passos ipse perfíciet, confirmábit solidabítque. Ipsi glória et impérium in sǽcula sǽculórum. Amen.

1 Petri 5, 6–11

BERILO

Berilo iz pisma sv. apostola Petra.

Preljubi! Ponižajte se pod mogočno roko Božjo, da vas ob času obiskanja poviša. Vse svoje skrbi nanj preložite, zakaj on skrbi za vas. Trezni bódite in čujte; vaš nasprotnik hudič hodi okrog kakor rjoveč lev in išče, koga bi požrl. Ustavite se mu trdni v veri in vedite, da so vaši bratje po svetu v istem trpljenju. Bog vse milosti pa, ki nas je poklical k svoji večni slavi v Kristusu Jezusu, nas bo po kratkem trpljenju sam spopolnil, utrdil in postavil na temelj. Njemu slava in moč na veke vekov. Amen.

1 Petr 5,6–11

GRADUALE

Iacta cogitátum tuum in Dómino: et ipse te enútriet.

Ÿ. Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

Ps. 54, 23 et 17

Ps ibid., 19

STOPNIŠKI SPEV

Prepusti svojo skrb Gospodu in on te bo živil.

Ÿ. Ko sem klical h Gospodu, je uslišal moj glas in me rešil teh, ki so se mi bližali.

Ps 54,23.17

Ps it.,19

ALLELUIA

Allelúia, allelúia.

Ÿ. Deus iudex iustus, fortis et pátiens, numquid iráscitur per sínghulos dies?

Allelúia.

Ps. 7, 12

ALELUJA

Aleluja, aleluja.


Ÿ. Bog je pravičen sodnik, močan in potrpljiv. Ali se mar srdi dan na dan?

Ps 7,12


Aleluja.

EVANGELIUM


EVANGELIJ



Dominus vobíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.



Sequénti- a sancti Evangé-li- i secúndum Lucam.



R. Gló-ri- a ti-bi Dómine.

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam.

Iz svetega evangelija po Luku.

Luc. 15, 1-10

In illo témpore: Erant appropinquántes ad Iesum publicáni et peccatóres, ut audírent illum. Et murmurábant pharisæi et scribæ, dicéntes: Quia hic peccatóres recipit et mandúcat cum illis. Et ait ad illos parábolam istam, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: et si perdíderit unam ex illis, nonne dimittit nonagínta novem in desérto, et vadit ad illam, quæ perierat, donec invéniat eam? Et cum invénierit eam, impónit in húmeros suos gaudens: et véniens domum, cónvoCAT amícos et vicínos, dicens illis: Congratulámini mihi, quia invéni ovem meam, quæ perierat? Dico vobis, quod ita gáudium erit in cælo super uno peccatóre pæniténtiam agénte, quam super nonagínta novem iustis, qui non índigent pæniténtia. Aut quæ múlíer habens drachmas decem, si perdíderit drachmam unam, nonne accéndit lucérnam, et evérrit domum, et quærit diligénter, donec invéniat? Et cum invénierit, cónvoCAT amícas et vicínas, dicens: Congratulámini mihi, quia invéni drachmam, quam perdíderam? Ita dico vobis: gáudium erit coram Angelis Dei super uno peccatóre pæniténtiam agénte.

Tisti čas so se približevali Jezusu cestninarji in grešniki, da bi ga poslušali. Farizeji in pismouki so godrnjali: »Ta grešnike sprejema in jé z njimi.« — Povedal jim je pa to priliko: »Kdo izmed vas, ki ima sto ovac in eno izmed njih izgubi, ne pusti devetindevedesetih v puščavi in ne gre za izgubljeno, dokler je ne najde? In ko jo najde, si jo zadene vesel na rame; in ko pride domov, skliče pritelje in sosede in jim pravi: 'Veselite se z menoj, zakaj našel sem svojo ovco, ki je bila izgubljena.' Povem vam, da bo takó v nebesih večje veselje nad enim grešnikom, ki se spokori, kakor nad devetindevedesetimi pravičnimi, ki ne potrebujejo pokore. Ali katera žena, ki ima deset drahem, če izgubi eno drahmo, ne prižge svetilke in ne pomete hiše in skrbno ne išče, dokler je ne najde? In ko jo najde, skliče prijateljice in sosede in pravi: 'Veseelite se z menoj, zakaj našla sem drahmo, ki sem jo bila izgubila.' Takó bo, povem vam, veselje med božjimi angeli nad enim grešnikom, ki se spokori.«

Lk 15, 1-10

CREDO

VEROIZPOVED

Credo III

v

Credo in unum De-um, Patrem omnipot-éntem, factó-rem cæ-li
et terræ, vi-si-bí-li-um ómni-um, et invi-si-bí-li-um. Et in unum Dómi-
num Je-sum Christum, Fí-li-um De-i uni-géni-tum. Et ex Patre na- tum
ante ómni- a sæ- cu- la. De-um de De-o, lumen de lúmine, De-um verum
de De-o ve-ro. Géni-tum, non fa- ctum, consubstanti-á-lem Patri: per quem
ómn- a facta sunt. Qui propter nos hómines, et propter nostram sa-lú-tem
descéndit de cæ-lis. Et incarná-tus est de Spí-ri-tu Sancto ex Ma-rí- a Vírgine:
Et homo factus est. Cru-ci-fí- xus ét-i- am pro nobis: sub Pónti-o Pi-lá-to
passus, et sepúl- tus est. Et re-surré-xit térti- a di- e, secúndum Scriptúras.
Et ascéndit in cæ- lum: sedet ad dexte-ram Pa- tris. Et í-terum ventúrus est

cum gló-ri-a, judi-cá-re vivos et mórtu-os : cu-jus regni non e-rit fi-nis. Et in
 Spí-ri-tum Sanctum, Dóminum, et vi-vi-fi-cántem : qui ex Patre Fi-li-óque
 pro-cédit. Qui cum Patre et Fí-li-o simul ado-rá-tur, et conglo-ri-fi-cá-tur :
 qui locútus est per Prophé-tas. Et unam sanctam cathó-li-cam et apostó-li-cam
 Ecclé-si-am. Confí-te-or unum baptísma in remissi-ónem pecca-tórum.
 Et expécto re-surrecti-ónem mortu-órum. Et vi-tam ventú-ri sǎ-cu-li.
 A- men.



Dominus vo-bíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o. *V.* Orémus.

OFFERTORIUM

DAROVANJSKI SPEV

*Ps. 9, 11-12 et
13*

Sperent in te omnes, qui novérunt
 nomen tuum, Dómine: quóniam
 non derelínquis quæréntes te: psállite
 Dómino, qui hábitat in Sion: quóniam
 non est oblítus oratiónem páuperum.

Zaupajo naj vate vsi, ki poznajo tvoje
 ime, Gospod; ne zapustiš namreč njih,
 ki te iščejo; pojte Gospodu, ki prebiva na
 Sionu, ker ni pozabil prošenj ubogih.

Ps 9,11.12.13

SECRETA


Réspice, Dómine, múnera supplicántis
Ecclésiæ: et salúti credéntium perpétua
sanctificatióne suménda concéde.

Per Dóminum.

MOLITEV NAD DAROVI

Ozri se, Gospod, na darove Cerkve, ki te
ponižno prosi, in daj, da jih bodo verniki
vedno prejeli v svoje posvečenje in
zveličanje.

Po Gospodu.



... per ómni- a sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.

PRÆFATIO

de sanctissima Trinitate

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

℣. Sursum corda.

℟. Habémus ad Dóminum.

℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro.

℟. Dignum et justum est.

HVALOSPEV

presveti Trojici

℣. Gospod z vami.

℟. In s tvojim duhom.

℣. Kvišku srca.


℟. Imamo jih pri Gospodu.

℣. Zahvalimo se Gospodu, našemu Bogu.


℟. Spodobi se in pravično je.



℣. Dóminus vo-bíscum. ℟. Et cum spí-ri-tu tu-o.



℣. Sursum corda. ℟. Habémus ad Dóminum.



℣. Grá-ti- as agámus Dómi-no Dé-o nóstro. ℟. Dignum et justum est.

Vere dignum et iustum est, æquum
et salutáre, nos tibi semper et ubíque
grátias ágere: Dómine sancte, Pater
omnípotens, ætérne Deus: Qui cum
unigénito Fílio tuo et Spírítu Sancto
unus es Deus, unus es Dóminus: non
in unius singularitáte persónæ, sed in
uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim
de tua glória, revelánte te, crédimus,
hoc de Fílio tuo, hoc de Spírítu Sancto

Res se spodobi in je pravično, primerno
in zveličavno, da se ti vedno in
povsod zahvaljujemo, Gospod, sveti
Oče, vsemogočni večni Bog, ki si z
edinorojenim Sinom in Svetim Duhom
en Bog, en Gospod, ne v noti osebe,
ampak v Trojici ene narave; kar namreč
po tvojem razodetju verujemo o tvoji
slavi, prav to brez razlike mislimo o
tvojem Sinu, prav to o Svetem Duhu,

sine differentia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maíestate adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes:

da v spoznavanju resničnega in večnega božanstva molimo v osebah svojstvo, v naravi edinost in v veličastvu enakost. — Njo hvalijo angeli in nadangeli, kerubi in serafi, ki ne nehajo sleherni dan klicati, enoglasno govoreč:

SANCTUS

SVET

Missa XI. – In Dominicis infra annum (Orbis factor)

II

Sanctus, * San-ctus, Sanctus Dóminus De-us Sá-ba-oth. Ple-ni sunt

cæ-li et ter-ra gló-ri-a tu-a. Ho-sánna in ex-célsis. Benedíctus qui

ve-nit in nó-mine Dómi-ni. Ho-sánna in ex-célsis.



... per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. **R.** Amen.

PATER NOSTER

OČE NAŠ

... Et ne nos indúcas in tenta-ti-ó-nem. **R.** Sed líbe-ra nos a ma-lo.

... per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. **R.** Amen.

℣. Pax Dómi-ni sit semper vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

AGNUS DEI

JAGNJE BOŽJE

Missa XI. – In Dominicis infra annum (Orbis factor)

I
A - gnus De-i, * qui tollis peccá- ta mundi: mi-se-ré-re nobis. A-
 gnus De-i, * qui tol- lis peccá-ta mundi: mi-se-ré-re nobis. Agnus De-i, *
 qui tollis pec-cá- ta mundi: dona nobis pa-cem.

CONFITEOR

IZPOVED

Confíteor Deo omnipoténti, | beátæ
 Mariæ semper Vírgini, | beáto Michaéli
 Archángelo, | beáto Ioánni Baptístæ,
 | sánc̃tis Apóstolis Petro et Paulo, |
 ómnibus Sanctis, et tibi, pater: | quia
 peccávi nimis cogitatíone, | verbo et
 ópere: | mea culpa, | mea culpa, | mea
 máxima culpa. |

Ideo precor beátam Maríam semper
 Vírginem, | beátum Michaélem
 Archángelum, | beátum Ioánnem
 Baptístam, | sanctos Apóstolos Petrum
 et Paulum, | omnes Sanctos, et te pater,
 | oráre pro me ad Dóminum Deum
 nostrum.

Izpovem se Bogu vsemogočnemu, |
 blaženi Mariji, vedno Devici, | blaženemu
 Mihaelu nadangelu, | blaženemu Janezu
 Krstniku, | svetima apostoloma Petru in
 Pavlu, | vsem svetnikom in tebi, oče, | da
 sem veliko grešil | v mislih, v besedah in
 dejanjih: | žal mi je, | žal mi je, | zelo mi je
 žal. |

Zato prosim blaženo Marijo, vedno
 Devico, | blaženega Mihaela nadangela,
 | blaženega Janeza Krstnika, | sveta
 apostola Petra in Pavla, | vse svetnike in
 tebe, oče, | molite zame pri Gospodu,
 našem Bogu.

COMMUNIO

OBHAJILNI SPEV

Luc. 15,10

Dico vobis: gáudium est Angelis Dei
 super uno peccatóre pæniténtiam
 agénte.

Povem vam: veselje je med božjimi angeli
 nad enim grešnikom, ki se spokori.

Lk 15,10

POSTCOMMUNIO

MOLITEV PO OBHAJILU



Dominus vobiscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

Orémus.

Molimo.

Sancta tua nos, Dómine, sumpta
vivíficent: et misericórdiæ sempitérnæ
práparent expiátos.

Tvoje skrivnosti, Gospod, ki smo jih
prejeli, naj nas požive, očistijo ter
pripravijo za večno usmiljenje.

Per Dóminum.


Po Gospodu.



... per ómni- a sæcu-la sæcu-lórum. **R.** Amen.

DIMITTENDUM POPULUM

ODSLOVITEV VERNIKOV



Dominus vobiscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.



-te, mis- sa est. **R.** De-o grá- ti-as.



ANTIPHONA MARIANA

MARIJANSKA ANTIFONA

S^v alve, Re-gína, * má-ter mi-se-ri-córdi- æ; ví-ta, dulcé-do, et spes
Pozdravljena, Kraljica, mati usmiljenja, življenje, veselje in upanje

nostra, salve. Ad te clamámus, éxsu-les fí-li-i Evæ. Ad te suspi-
naše, pozdravljena! K tebi vpijemo izgnani Evini otroci, k tebi zdihujemo

rámus, geméntes et flentes in hac lacrimárum válle. E-ia ergo, advo-
žalostni in objokani v tej solzni dolini. Obrni torej, naša

cá-ta nostra, illos tu-os mi-se-ri-córdes ócu-los ad nos convérte.
pomočnica, svoje milostljive oči v nas

Et Ié-sum, benedíctum fructum ventris tu-i, nobis post hoc exsíl-
in pokaži nam po tem izgnanstvu Jezusa, blagoslovljeni sad svojega telesa.

um osténde. O clé-mens, o pí-a, o dulcis Virgo Ma-rí-a.
O milostljiva, o ljubezniva, o sladka Devica Marija.



Latinska besedila: *Missale Romanum: Ex decreto SS. Concilii Tridentini restitutum summorum Pontificum cura recognitum* (Editio typica). (1962).

Oblikovanje in notografija: ZAVOD ZA CERKVENO GLASBO